

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

536

1195/03/31.

Pedro Oárez “Bizeso” dóalle ó mosteiro de Toxos Outos unha servicialía en Béxeres e un tercio de todo o que ten nesta vila, en S. Martiño de Lesende, polos beneficios que lle outorgara o cenobio a través de prestimonios e peñoramentos.

B.- Tombo, f. 147r.

Carta de Petro Oarez dicto Besezo de hereditate de Vesares.

In Dei nomine. Ego Petrus Oduariz dictus Bisezo vobis domno Petro, abbatи monasterii Sancti Justi, et omnibus fratribus eiusdem loci tam presentibus quam futuris in Domino Deo salutem. Placuit mihi et mea fuit spontanea uoluntate ut facerem vobis iamdictis sicut et facio cartam et scripturam testamenti firmitatis imperpetuum ualitaram de vna mea seruicialia hereditatis mee quam habeo in territorio Pistomarcos sub monte Culou discurrentibus fluuiis Traua et Bonia recurrente ad ecclesiam Sancti Martini de Elisindi in villis de Vesares. Dono vobis et concedo illam seruicialiam quam modo tenet de me Martinus Cochon sicut eam tenet in suo casale cum tercia de tota mea hereditate de Vesares de auolencia et de ganancia cum suo iure intus et foris per omnes terminos antiquos ipsius ville. Mando uobis et concedo et dono ipsi monasterio iure habendam et possidendam pro lucraui ex longo tempore uestras hereditates quas teneo de uobis in prestimonio de uestro pignore et de uestra testacione in Besezo, et etiam pro Dei amore et beate Uirginis et sanctorum quorum reliquie sunt in ipso uestro monasterio et pro remedio anime mee et anime patris mei ut dimittat mihi Deus multa que lucraui de uobis ut supra dixi. Ita quod ex presenti die sit illa seruicialia cum ipso seruicali sicut modo in illa sedet populo de iure meo et potestate abrasa et in uestrum ius et potestate sit tradita et confirmata. Habeatis uos eam pare hereditario semper et faciat de ea monasterium quod sibi utile uiderit.

Siquis ex parte mea uel extranea hoc factum meum uel istam cartam contradicere uoluerit uel infringere temptauerit sit maledictus usque in septimam generationem et pariat in duplum quantum in ista carta resonat; existente scripto in suo robore.

Ego Petrus Besezo in hac carta quam fieri iussi propriam manum roboro et hoc est signum meum.

Facta carta donacionis in era I^a CC^a XXX^a III^a et quotum II^e kalendas aprilis.

Q. p. f.: Didacus Pelaiz, ts. Petrus Petri, ts. Pelagius Didaci, ts. Pelagius Sarraceni, miles, conf. Fernandus Sancii, miles, conf. Didacus Pelagii, conf.

Frater Iohannis qui notuit.